

# LIBER PRIMVS.

NUMERVS QVID SIT ET QVOMODO  
diuidatur & de uaria ratione notan-  
di numeros, CAP. VII.

**N**umerus est ex unitatibus multiplicata colle-  
ctio per se in infinitū progrediēs, per quæ cur-  
sta metimur & in ordinem referimus. Progredimur  
autem infinitum, quod ad numeri naturā attinet, nusquā  
enim necesse est consistere, nam continuo ubi ad decē  
numerando peruenerimus, super eum ab unitate num-  
merum reflectimus, idq; non toties quin sepius fieri po-  
test. Horū alij simplices sunt, ut X. & qui infra hunc  
continentur, monade excepta, quos uocant digitos. Est  
enim digitus numerus omnis denario minor, supra de-  
narium omnis est compositus, ueluti undecim ex dena-  
rio & unitate: ex his articuli dicuntur qui in denas  
equales partes sectionem reapere possunt, ut X. XX.  
XXX. C. CC. CCC. M. II. M. qui si naturali serie su-  
muntur denario inter se distant, alij ex utroq; genere  
coalescūt, ut XV. CII. MVII. quos in decē secare nequi-  
mus itaq; numeri omnes sunt aut digiti, aut articuli,  
aut mixti. Hos aut uoce uiua efferimus per uulgatā nu-  
merandi formam, ueluti unum, duo &c. in quo si quid  
obseruandum sit præter uulgares grāmaticorum anno-  
tatiunculas dicemus paulo post: aut scripto notamus,  
idq; uel literis ut decies centena milia hoc pacto M M.  
cuius notis ad numerum duntaxat comparatis, ut decies